

16. *Amat est verbum:*

*Petrus amat:*

*E. Petrus est verbum.*

Resp. τὸ *amat* in *major* τεχνικῶς accipitur.  
in *minore* verò significativè. Jac. Martina  
Log. p. 1097.

17. *Alicubi est Adverbium:*

*Petrus est alicubi:*

*E. Petrus est Adverbium.*

Resp. sunt in hisce Paralogismis 4. ter-  
mini.

18. *Quidquid emisti, id comedisti:*

*Carnem crudam emisti:*

*E. carnem crudam comedisti.*

Resp. fallit sophisma ex *confusione Predica-  
mentorum*. Major de *substantiâ* carnis lo-  
quitur: minor & conclusio de illius *quali-  
tate* & *substantiâ* simul. Et ita confundun-  
tur *quid* & *quale*, nihilq; concluditur. vel  
breviter: *quicquid* est in *Substantiâ*: *cru-  
dum* in *Qualitate*, quæ sunt duæ distinctæ  
Categoriæ. Scharf. p. 226. & Stahl. logic.  
p. 312. Sic autem debebat formari Syllo-  
gismus:

H 3

Quic-